UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus Domini Alberti de Ramponibus, de consilijs habendis per officiales, [et] assessores, cum additionibus [et] suppletionibus domini Bartoli a Saxoferrato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

quē sunt litere impetrate, vt notatur super d. decretali, ¶ cū super ebbatia. Itē si aliquis appellauit a iudice ordinario vel delegato, si pendente appellatione conueniatur coram alio, super re super qua non appellauit, potest iudicem tanquam suspectū recusare, vt extra de appella. c. ad hec ꝛ c. prout. de dol. qō credo verum, vt sciatis quid sit officium iudicis appellationis, qualiter debet pronunciare, distinguendum vtrum appellatur ante sententiam diffinitiuam, vel post. si ante diffinitiuam ad hoc vt appellatio valeat, oportet q̄ appellans assignauerit iustā causam, ꝛ rationabilem, ꝛ iudex noluit eam accipere. ꝛ quod propter illam causam appellauit, alio modo non valet appellatio, vt extra de appel. c. dilecto. ꝛ iudices appellationis debent eam remittere ad iudicem a quo, ꝛ debet eum in expensis condemnare. Barto.

ADDITIO

a Th. Dip. ¶ Tract. de iudice suspecto. Adde, quod istum tract. inueni attributum Bartol. in ḣ. volum. consilio diuer. do. in fol. cxl, ꝛ materiam vide plene per Jas. in l. apertissimi. C. de iudic. ꝛ Mod. in capitul. cum speciali. de appellat. Quid autē si iudex suspectus non recusatur, ꝛ procedit, an valeat sentētia, ita quod non sit nulla, vide Mod. in l. ḣ. ff. de iu. om. iudic. ꝛ plene per Philip. Dec. in c. super literis. de rescri. ꝛ in cap. causam que inter. de offic. deleg. ꝛ vide Petr. de Anch. in cōsilio cclxi. in c. subtiliter, ꝛ ad plenum. ꝛ Alexand. in cōsilio ciij in v. volum. incip. circa primum quod procedunt predicta, quando allegatur suspectus notarius, procurator, ꝛ similes. Item adde, suspectio superueniens post conclusum potest opponi, vt per Joan. And. in c. cum dilectus. de ord. cog ꝛ plene per Felyn. in c. insinuante, de offi. deleg. ꝛ Car. Alex. in c. cū speciali. in ri. col. de appel. Cetera vide in d. l. apertissimi. ꝛ ita addi. meas ad domi. Jac.

Tractatus Domini Alberti de Ramponibus de consilijs habendis per officiales, ꝛ assessores, cum additionibus ꝛ suppletionibus domini Bartolij a Saxoferrato.

Circa practicam [a] consiliorum habendorum per officiales, ꝛ assessores, quoniam sepe de facto, questiones oriuntur, ita teneatis. Et primo videndum est, quo ordine per assessores procedēdum sit ad consilium habendum. Secundo, an de iure assessor inuitus cogatur ad habēdum consilium. Tertio, an ille qui eligitur in consiliarium, inuitus cogatur accipere. Quarto, si recipit, an cogatur iurare quod bonū dabit, ꝛ feret consilium. Quinto, si electus dicat se dubitare de iure, an debeat sibi dari consocius. Sexto, an postquam cōsiliarius dedit consilium, possit illud mutare, corrigere, vel emendare, vel declarare. Septimo, an iudex vel assessor cogatur consilio eius stare, vel illud sequi. Octauo, an electus cōsiliarius possit recusari. Nono, qualiter recepto consilio debet pronunciari. Decimo qui tantum debeat soluere salarium consultori. ¶ Super primo sic breuiter dicendum, quod super forma habendi consilij quasi vbique sunt statuta, ꝛ consuetudines, prout ea inuenietis serate. Si autem statuta vel consuetudines non sunt, si quidem ipse velit causam committere, procedet tali forma officialis, vel assessor, intendo habere consilium sapientis super tali questione, vnde statuo vobis terminum vsque ad talem diem ad dandum suspectos, ꝛ faciet scribi terminum, ꝛ ipso termino elapso si partes suspectos dederint, vel altera ipsarum vel nulla committet iudex questionem eis qui sunt extra numerum suspectorum, quoniam graue est sub suspecto iudice litigare. C. de iudic. l. apertissimi. ꝛ auth. si vero contigerit. ibi posita. Vnum tamen scias, quod si pars vel altera ipsarum omnes vicinos daret suspectos iudex tarare debet numerum suspectorum, pro causa qualitate. ꝛ loco, vbi consilium datur, arg. ff. de testib. l. j. cū simil. Cu autem iudex suspectos tibi serua, vt si diceret aliqua partiū, q̄ dedisti cōsultorē de numero suspectorū, recurras ad originalem scripturā, ꝛ dabis vnum consiliarium, vel plures, prout partes concordabunt, vel cause qualitas requiret. In quibusdā autem partibus dantur cōsidentes, ꝛ hoc est satis bonus, quo vel quibus cōsultoribus electis, scribatur in actis cōmissio ꝛ articulus questionis, vt extra de probatio. cap. qm̄ cōtra falsas. Si vero volueris cōsiliū tibi exhiberi, vt quia perpendis iudicē de medio contra te esse vel potius inclinare, ita procedes, qr̄ veniens coram iudice dicens. Dubium non est, domine iudex, quod omnia que recto consilio aguntur, merito firmitatem ꝛ effectum cōsequuntur, vt C. de repud. l. dubiū nō est. in prin. imitando ergo consilium d. legis, ꝛ prouerbij, vbi dicitur, omnia facta cū cōsilio, ꝛ post factū nō penitebit, placeat vobis super hac causa dubia, sapientis habere consilium: querebat enim Imperator consiliū sapientis, ꝛ sequebatur illud, vt ff. de fund. instruc. l. quesitum. in prin, ꝛ l. si edibus. ff. de dam. infec. Et etiam testator in disponēdo consilium habet. ff. de vulg. ꝛ pupil. l. cuz ex filio. in principi. ex consilio Labeonis, Offilij, Calcelij, Trebatij, eumquē in potestate habebat, soluz heredē fecit, ꝛc. Et illud, quod a pluribus queritur, facilius inuenitur. iura sentētiā Augusti. rr. dist. can. de quibus. l. si auiā. in fi. C. de ingen. manu. ꝛ extra, de off. deleg. c. prudentiam tuam. hec ꝛ alia dicas, vt assessoris animum trahas ad consilium habendū. ¶ Secūdo quero an iudex medius inuitus cogatur habere cōsiliū: Et videtur quod sic. Nam Imperator dicit omnia se facturum cum consilio procerum suorum. C. de legib. ꝛ constitutionib. l. humanum. ꝛ etiam videtur lex velle consilium haberi, vt ff. de donationib. l. Aquilius Regulus. ꝛ C. de repud. d. l. nō dubium. ꝛ C. de iur. delib. l. fina. ꝛ optime dicit consilium habendum text. ff. de bonorum possessionib. in l. in bonorum possessionibus. ꝛ C. de ingenu. manu. dicta l. si auiam. Econtra quod nō teneatur habere. Omnis enim iudex prestat iuramentum, se iudicaturum secundum legem, in authentico de iure iurādo, quod prestat. ab his. §. deuotos. ibi, supplicium secūdum legē, ꝛc. ꝛ in auf. de defen. cisit. §. iusiurādū. ꝛ auf. de iudicibus. §. omnis autē iudex. Item, qr̄ consiliū non est obligatorius. ff. mand. l. ḣ. in fi. ff. mād. Sol. dic q̄ si iudex vult potest consiliuz habere, per iura superius alleg. fm cōmunem opinionem. Sed dominus Ubertus de Bobio dicit, quod si assessor est bene peritus in iure non tenet: alias autē si non est, vel est iuuenis, tenetur de iure, ꝛ bona consuetudine. Judex vero non medius credo quod melius fecerit pro exoneratione sui, nisi euidenter videat malitiam ꝛ frustrationem, quia boni pretoris est lites diminuere. ff. si cer. pet. l. quidam. cum fi. ꝛ nemo tam audax. inuenitur qui possit inuito iudice litem protelare, ꝛc. vt l. properandū. C. de iudi. Tertio quero, si autem iudex medius cōsultorē dederit. ꝛ elegerit, an electus suscipere cogetur inuitus: Et dicendum est, q̄ō sic, quoniam iudicare, publicū munus est, quod in inuitum conferitur, vt ff. de mune. ꝛ bono. l. munerū. §. iudicādi. ꝛ l. pen. §. qui autem. ff. de vac. mu. ꝛ ff. de iudi. l. cum furiosus. ꝛ C. de aduoc. diuer. iudi. l. sancimus. j. que iura quamuis loquantur in iudicibus delegatis, tamen idem dicit lex in cōsultoribus assumptis, vt C. de priori. sacro. scrinio. l. in sacris. j. ꝛ ibi no. hoc est verum, si ille qui eligitur in consiliarium. est subditus iurisdictioni eligentis, vt not. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. ꝛ etiaz sint vera omnia predicta nisi illi quibus datur consilium, vel aliqui ipsorum, sint ipsi consiliario sanguinis affinitate adstricti: ꝛ ideo nolit cōtra eos consilium exhibere, vt C. de excus. tut. l. humanitatis. ꝛ l. qui iurisdictioni preest. ff. de iur. om. iud. ff. de iniu. l. lex Cornelia. in prin. cum similib. Quarto, postquam cōsultor officium consulendi recepit, an cogatur iurare quod iustum ꝛ rectum consilium dabit: Videtur quod sic. ad similitudinem testis, cui nihil creditur fine sacramento. C. de testib. l. iurisiurandi. ꝛ ad similitudinem iudicis. C. de iudi. l. rem non nouam ꝛ in authē ibi posita, ꝛ prealleg. §. deuotos. ꝛ in authent. iusiurandum quod prestatur ab his ꝛc. ꝛ §. iusiurandum. in auth. de defen. ciuita. ꝛ in authē. ō iud. §. omnis autē iudex. videtur quod cogatur iurare ex predictis. Econtra, quod non. Primo, quia nulla lege, vel cōsuetudine cauetur, arg. C. de colla. l. illaz. circa med. ꝛ ideo video quod est eius qui datus est arbitrio non iurare. nec iurare cogitur. C. de arbit. auth. en. decernitius. Sol. Dic, quod si consiliarius est clericus, nō iurat eo, quod clerici nō iurāt, nisi causa necessitatis. C. de exis. ꝛ cleri. l. cum clericis. ꝛ ibi de hoc. Si autez est laicus ꝛ in officio constitutus ꝛ sic iurat in principio anni, nō cogitur iurare nunc: quia ratione primi sacramenti non presumitur immemor salutis eterne. C. ad leg. Jul repe. l. fi. ꝛ ne crebra fiat prestatio iuramenti. C. de iureiurand. propter calum. dando. authenti. hoc sacramentum. ꝛ C. de cur. furio. l. penulti. cum si. Si autem nō iurauit, ꝛ in principio anni erat in aliquo officio constitutus, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, vt respiciat qualitatem cause ꝛ conditionem persone consultoris, vt sic procedat ad tollendum iuramentum vel non tollendum. ¶ Quinto quid si consultor recepit officium consulendi in aliqua questione siue puncto, iudex vult quod consulat, consultor dicit se dubitare de questione, ꝛ sibi nō liquere de iure vñ petit sibi dari consociū vel socios alias denegat se velle dare cōsiliū, nūquid debeat sibi dari? Et videtur q̄ sic, qr̄ iuste deliberationes nō sunt denegāde seu auferēde alicui

ff. ad Treb. l. sed ⁊ si. §. plane. ⁊ ff. de iureiur. l. iusiurandũ, ⁊ ad pe-
cunias, in fi. ⁊ de iterrog. act. l. qr. ⁊ C. de iur. delibe. l. si curatoris.
in fin. ff. de succes. edic. l. j. §. Largius, cum simi. Et ad hoc fuerũt
inuenti titul. de iure delib. C. ⁊ ff. Si enim non daretur, cogere-
tur anceps subire periurium, quod esse non debet. ff. rerũ amo. l.
Marcellus. ⁊ ff. de in lit. iu. l. videamus. §. j. Video etiam, ꝙ vbi
etiam arbitri nõ sunt in cõcordia, eligitur cõsocius, id est, terti⁹
arbiter. ff. de arb. l. item si vnus. §. principaliter. Solutio, dic qđ
quamuis debeat cogi consulere, postquã suscepit, argum. ff. đ ar-
bi. l. iij. §. tametsi. imo ꝙ plus est, ab initio cogitur suscipere inui-
tus, vt supra dictum est. si de iure dubitat, sibi est socius adiũgẽ-
dus, delato sibi iureiurando si iudici visum sit C. de his qui ad
eccle. cõfu. l. presenti. §. sane. Preterea, lex hoc videtur dicere ex-
presse, ꝙ iudices de iure dubitãtes referũt questiões. C. de rela.
l. si. ff. de iudi. l. eum quẽ. j. respon. cum suis similib. ¶ Sexto que-
ro, quid si cõsiliarius recepit cõmissionem, ⁊ dederit consiliũ as-
sessori, nũquid si reddat ⁊ velit consiliũ emendare, corrigere, vel
mutare, vel declarare, an poterit: Videtur ꝙ sic, C. de furt. l. ma-
nifestissimi. §. sed cum in secundã. Ecõtra, ꝙ non, qr functus est
officio suo, siue bene, siue male, vt ff. de re. iudic. l. iudex. Solutio,
Aut vult incontinenti mutare, ⁊ antequã descendat de palatio:
aut ex post facto. postquam iuit domum. Si incontinenti, bene
potest: qr que incõtinenti fiunt, suspicione carent, vt in authent.
de equa. dot. §. si autem nõ vtrique. si postquam iuit domũ, aut
mouetur aliqua lege vel bona ratione, tunc auditur, sicut in l. le-
cta. ff. si certũ petat. qr ibi fuit auditus Papinianus, qr nõnun-
quam variantem pretor nõ repellit, vt ff. de collatio. bono. l. nõ-
nunquã. Si vero nõ mouetur aliqua lege, vel bona ratione, non
est audiendus, argum. ff. de transactio. l. cum hi. §. in causa. ⁊ ff. đ
his qui not. infam. l. secũda. §. ignominie. ff. de dõatio. l. nuda. qr
presumitur machinatus ex post facto, vt dicit dict. §. si autẽ. in
authen. de equal. do. Utrum autem valeat declarare: dic vt not.
ff. de regu. iuris. l. in ambiguis. ¶ Septimo quero, an iudex co-
getur stare consilio, si datur per consiliariũ, ⁊ illud sequi: Et vi-
detur, quod non: quia consiliũ non est obligatorium. ff. manda. l.
secunda, in fi. ⁊ ff. de regul. iuris. l. cõsiliũ de administra. tuto. l. cũ
quidam, de testib. ff. de conditio. ⁊ demonstratio. l. cũ tale. §. si ar-
bitratu. ff. mandat. l. idemque. §. si quis. Econtra videtur, quod
sic: quia sicut in initio fuerit voluntatis habere, vel non habere
consilium: sic illud habitum tenetur de iure sequi. ff. de arbi. l. iij.
§. tametsi neminem. ⁊ ff. commod. l. in commodato. §. sicut. ⁊ C. đ
actio. ⁊ obliga. l. sicut. C. de administratio. tuto. l. Titium ⁊ Me-
uium. §. primo. Solu. Dic, ꝙ si partibus conuocatis ⁊ presenti-
bus, ⁊ consentientibus eligit consiliarium, tenetur eius consiliũ
sequi. ⁊ obseruare, per iura proxime dicta, ⁊ hoc verũ, dummo-
do cõsiliarius nõ det expresse consilium cõtra legem, vel ius: qr
tunc iudex non tenetur consilium suũ sequi. ea enim que sunt cõ-
tra iura, nõ sunt admttenda. C. de precibus Imperato. offer. l.
rescripta. ⁊ C. si contra ius vel vti. pub. l. fina. ⁊ ff. de regu. iuris. l.
ius nostrum. Item cum cõsiliarius abutitur authoritate sibi cõ-
cessa, priuilegium concessum meretur amittere. C. de iude. l. Iu-
deos. cum similibus. ¶ Octauo quero, an electus consiliarius
cum sacramento vel sine, si allegetur noua causa suspicionis su-
perueniens an poterit remoueri: Et nõ video, quare non ad si-
militudinẽ iudicis delegati, vt C. de iudic. l. aptissimi. imo sicut
in iudice nõ est necessaria cause expressio sic nõ videtur necessa-
ria in isto, ⁊ hoc nisi iudici videretur frustratorie, vel calũniose
hoc peti. ¶ Nono quero, postquã consiliũ fuerit datũ, qualiter
sit procedendũ, ⁊ ad ipsius pronunciationẽ: Circa ꝙ dic sic, qñ
assessor recipiat consiliũ sapiẽtis sigillatũ, vel in charta publica,
⁊ id aperiet corã testibus, ⁊ ipse leget ⁊ condẽnabit, vel absoluet
secundũ formã ⁊ tenorẽ istius cõsilij, subijciẽs in fine sue senten-
tie: vnde viso ⁊ lecto consilio predicto, ⁊ illud absoluo, vel absol-
uit, vel condemno, ⁊c. Sed ponamus quod iudex seruauit talez
modum, qr lecto consilio dixit in fine, quare do. iudex, pronũcia-
uit in omnibus ⁊ per omnia, prout in dicto consilio continetur,
nec dixit condẽno, vel absoluo, ⁊c. nũquid valebit sentẽtia: Pri-
mo, videtur quod non, qr omnis sententia debet continere ab-
solutionem vel condemnationẽ, alias non valet, vt C. de sentẽ. ⁊
interlo. l. preses. ⁊ ff. de arbitr. l. quid tamẽ. ⁊ ff. de re iudica. l. pri-
ma, vel equipollẽs: vt ff eodem titu. l. in summa. Cum igitur hu-
iusmodi pronunciatio absolutionẽ vel condemnationẽ nõ con-
tineat nec equipollens quia dixit, pronunciamus, vel pronũcia-
uit prout in dicto consilio continetur, nõ valet hoc est, quod vi-
detur expresse dici. ff. iudicatum solui. in lege, iudicatũ solui. ibi,
pronunciauerit, ⁊c. econtra videtur, ⁊ primo illa ratione genera-
li: quia que in prefationibus dicuntur in sequẽtibus repetita es-
se intelliguntur. ff. de verb. oblig. l. Titia. §. idem respondit. ff. de
condi. insti. l. cum seruus. ⁊ ff. de ser. vrban. pred. l. si binaruz. ⁊. ff.
de lega. j. l. talis scriptura. in quibus legibus intelligitur tacita
repetitio facta. Sic igitur quando fit talis pronunciatio vt quia
dixit, pronuncio sicut in predicto cõsilio continetur verba con-
demnatoria, vel absolutoria, vel equipollentia in cõsilio posita,
videntur repetita, maxime quia ex tali repetitione non inutile
fit quod agitur, imo confirmatur, vt in predict. lege, Titia. §.
idem respondit. ff. de leg. iij. ⁊ l. in repetendis. vt per hoc res po-
tius valeat quam pereat, arg. l. quoties. ff. de reb. dub. Preterea
hec sunt expresse repetita verba consilij inquantũ dixit, pronun-
cio, vt in d. consilio continetur. Ex tali enim pronunciatione, sci-
licet prout in d. consilio cõtinetur, videntur verba consilij cõfir-
mata, vt Instit. manda. §. tua tantum gratia. ⁊ ff. mand. l. ij. in fi. ⁊
ff. de admi. tu. l. quidam decedens. §. Papinianus. ⁊ l. Titiũ ⁊
Meuium. in fin. j. respon. ff. eod. quippe cõfirmando videt con-
firmata protulisse. ff. de iusti. ⁊ iure. l. ius ciuile. ⁊ de adopt. l. ado-
ptio. ⁊ de ver. sig. l. lege obuenire. ⁊ in authẽ. de dfen. ciui. §. inte-
rim. quia sic proferens fictione iuris absoluisse vel condẽnasse
dicitur propter verba consilij absolutoria, vel condemnatoria,
que prolata finguntur, vt probaui: ergo pronunciatio tenet.
Preterea, videtur glo. ordin. quasi simile ponere, C. de appell.
eos. inquantum queritur an valeat talis sententia, pronuncio
bene appellatum, ⁊ male iudicatũ. quid plura: sufficit, ꝙ aliqua
parte actorum sententia certa sit, vt prealleg. l. in summa. a simili
sufficiat si aliqua parte actorũ sint verba absolutoria vel condẽ-
natoria, vel equipollentia, cum consiliuz comprehẽdatur appel-
latione actorum, vt l. ij. C. vt lit. pen. ⁊ C. de appel. l. a proconsuli-
bus. Videtur igitur, quod pronunciatio valeat. Sol. magis cre-
do tutum, ⁊ consonum rationi, ꝙ idem iudex post receptum con-
silium absoluat vel condemnet. ¶ Decimo queritur, si consulto-
res volunt, ⁊ petunt sibi satisfieri de cõsilio, quis salarium solue-
re debeat. vtrum pars que petit, vel que succumbit in cõsilio, an
pars illa que petijt, an vtraque pars vt sic communiter soluā-
tur. Et videtur primo quod pars succumbens soluere tenetur
quia victus victori, ⁊c. C. de iudicib. l. properandum. §. sin autẽ al-
terutra. ⁊ l. sancimus. ⁊ in auth. de iudi. §. oportet. ⁊ Instit. đ pe-
teme. liti. §. penul. quare qui perdit, soluat, argumen. predicta-
rum legum. Item videtur, quod de communi sit soluendum, et
sic per vtranque partẽ. Ex hoc videtur expresse dici. ff. ne quid
in loco publico. l. ij. §. vicinales, vbi est aurea litera, ⁊ hoc facit,
scilicet vt communiter soluantur expense. C. de iur. calumnie. l. ij.
⁊. C. de iureiur. l. generaliter. §. his de presentibus personis. ibi,
an ab vtraque parte, ⁊c. vel altera, ⁊c. Item videtur, quod expē-
sis petentis soluatur, vt ff. de edend. l. pretor ait. §. fin. ⁊ l. sequẽ.
⁊ C. fini. reg. lege, si quis super sui iuris. §. fin. ⁊ lege, si irruptio-
ne. ff. finiuz reg. cum similibus. que leges simul allegari possunt,
vt ab vtraque parte persoluatur. Sol Dic, quod assessor sala-
rium consultori tenetur facere accipere consuetũ, quia nemo co-
gitur suis stipendijs militare, ⁊ hoc etiam iura expresse dicũt.
C. de statu. ⁊ imagin. l. ⁊ virtutum premia, ⁊ extra de preb. ca. ij.
secundum. ⁊ debet dari salarium pro qualitate, ⁊ facundia adu-
cati. ff. de var. ⁊ extraordin. cognit. l. prima. §. si iudex. cum simili-
bus. Per quem autem soluatur dic primo inspici statuta ⁊ con-
suetudines: si autem non sint, satisfaciat ille qui consilium pe-
tijt exhiberi, vt prealleg. l. pretor. §. vltimo. ⁊ dict. l. si quis. ⁊ d. l.
si irruptione. Si autem nullus petierit, sed iudex ex officio mo-
tus concessit vel ambo petant, tunc expensis cõmunibus vtrius-
que, ⁊ hoc per prealle. iura, ⁊ specialiter per §. vicinales. ⁊ §. his
de presentibus. ibi, an ab vtraque, ⁊c. ⁊ in authen. de iudic. §. ne
autem. ⁊ §. quia vero, cum similibus. De salario autem soluẽdo
per succumbentem per prealleg. iura non est tractandum, quia
tis hoc aperte est tractatum, quando victus victori in expensis
condemnetur per ordinarium apparatum, vt in authent. de iu-
di. §. oportet. ⁊ extra de dolo ⁊ contu. cap. fin. Et hec circa prefa-
tam materiam breuitatis causa sufficiant. Deo gratias. Albe-
tus de Ramponibus.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Circa practic. Iste tract. est domini Alberti de
Ramp. qui composuit istum tract. cui fecit additiones domi.
Bartol. de Saxoferra. ita inueni in vigesimo volum. cõsilio. di-
uersorum docto. Tamen in prim. lib. cõsilio. ⁊ in duobus libris
antiquis, iste trac. est tracta. domin. Iacob. de Are. sed Barto.
fecit addit. quas vide infra, et credo ꝙ non sit completus. et de
materia vide Bartol. in lege prima. C. de rela. ⁊ ibi vide apo. et
an possit peti consiliũ sapientis post cõclusum in causa, vide cõ-
siliũ Ioannis de Anania, ⁊ Florian. vbi consuluerũt qđ nõ po-
test peti. vide Bert. hac in suo repert. in verb. cõsilium sapiẽ. in
versi. sexto, ⁊ vide Felyn. in cap. pastoralis. de excep tio. ⁊ in cap.
cum dilectus. de fide instrumẽ. ⁊ Alexan. in l. si fit stipulatus. in
fin. de ver. ob.

Sequitur